



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Franciscvs C. 4. Octobris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

3.OCT.
t : (Eja
io, non
iba hac
dudum
bus. Et
IOAN-
Ille ta-
vis suis
e abje-
n rusti-
itatum
cce ar-
tilinus,
bolem
monte
per re-
torem
rò sub
NNEM
egerri-
m, quâ
n dam-
eodem
imulas
; quo
stigia-
ruptæ
i pro-
quen-
ncula
m, vi-
RAN-

4.OCT. Vitæ Sanctorum. 545

S.FRANCISCVS C. 4.Octobris.

Hic vir, hic, FRANCISCVS est, san-
ctioris spes altera Romę & qui una
cum altero Atlante Dominico lapsu-
rum orbem firmavit. Mercator adhuc
fœnus facere etiam apud pauperes sci-
vit, neque unquam pluris vendidit sua,
quam cum gratis dedit. Evocatus in
somno ad arma cruce insignita cum
novam militia tessera non agnosce-
ret, ab ipso Crucifixo est edocitus. Du-
cem itaque nudum Christum secutus,
primam pugnam (ut fere amat fieri
in hoc sacro bello) cum patre habuit.
Et vicit avariciem paternam, cum non
tantum omnibus bonis, sed etiam ve-
stibus se coram Antistite exxit, illis ver-
bis hostem prosternens: Patrem hactenus
te dixeram. Nunc denique nihil intercedit,
quin verius dicam, Pater noster qui es in
caelis. Quis credit? Sic nudus cum de-
nique armatum se probè credidit, &
scriptis sociis orbem expugnavit, ex-
pugnatum, si agnoscimus, paupertate
suā ditavit. Porro animi candorem in
viro, scis Lector, nives probarunt, in
quas se abjecit, & mirata puritatem
sunt undæ, quibus calorem improbum
mersit. De animi ejus submissione quid
dicam, & quo DEV M ardebat amore?
Seraphinis à caelo sociatus, & in fede
Angeli, quem superbia inde exturbâ-

M m 5 rat,

546 *Vitæ Sanctorum.* 4. OCT.

rat, locandus, ultimum se mortalium
sed inter sceleratos principem dixit,
Mariæ addictum fuisse ille non dubita-
bit, qui noverit, quæ gaudia in ejus ade
(de Portiunculâ dixerunt) abstulit. Sed
frustra sum. Herculem ego in hac digi-
tali tabellâ non pingo. Vin' compen-
dium lector viri ? Tatum Christum in
Francisco videbis, si vulnera ejus in-
spicies. Ex D. Bonav.

S. THERESA V. 4. Octobris.

Quid, heu ! quid cum prætextatis
verbis tibi prætextata male turbat
disce, ea infantia recte vel ab infante
THERESA fari. In aeternum ! in aeternum !
in aeternum ! ah quories balbu-
tiens clamitavit. Nos scilicet puerilem
senectam, non senem aeternitatem in
animo & lingua gerimus, disertissimi
infantes. At THERESA parvula cum
parvulo fratre domo paternâ aufugit,
ad Maurosabitura & brevi morte longam
aeternitatem auspicatura. Vivere
tamen Deus illam, & ut viveret, quæ
ferè mors est liberorum, mori matrem
voluit. Illa Matrem vicariam carlo MA-
RIA M advocabat, nunquam abhinc
orba futura. MARIA porrò filiæ sua
sponsum Filium conciliavit, quando
ex sanctioribus amoribus Seraphinus
ales cor THERESA terebravit. Ipse
amor hominum Christus, quo certius
illam